

MATERIÁLY

LISTINY (ÚDAJNĚ) Z POČÁTKU 15. STOLETÍ Z RODINNÉHO ARCHIVU KINSKÝCH. PRAMENNÁ EDICE¹

PETR SEDLÁČEK

The article deals with the charters from the archive fund "Rodinný archiv Kinských" (Kinsky's family archive), inventory numbers 1–5. The article has the form of the edition of them. There is also added a brief editing principles in the first chapter and as well basic knowledge (most important signs) detected from the analysis in the term of diplomatics, sphragistics and palaeography.

Key words: Chartres; Kinský family; 15th century; False of Charters; Jodok of Moravia (Luxemburg); Wenceslaus IV; Edition; Tetours of Tetov.

1. Úvod

Cílem článku je edičně zpřístupnit listiny z archivního fondu Rodinný archiv Kinských (inv. č. 1–5).² Vzhledem k tomu, že se jedná o velmi malý počet listin rozdílné provenience, vzniknuvších v době od sebe značně vzdálené, je jejich komparace neúčelná a nebudou tedy pro případ této studie vyvozeny žádné relevantní výsledky. Popis vnějších znaků a diplomatický popis tak mají pouze podobu samostatných položek v katalogu.

Edice obsahuje celkem 5 listin. Všechny jsou vyhotoveny na pergameni a v jazyce latinském. Jedna z listin je dochována v originále (č. 3), dvě jsou domnělými originály, resp. falzy (č. 1, 2),³ a dvě jsou opisy (č. 1a, 2a). Forma edičního zpracování je inspirována územ publikace *Řeholní kanovníci sv. Augustina v Lanškrouně*,⁴ ovšem s přenesením do českého jazyka namísto latinského. Text pramene je otištěn standardním písmem, kdežto editorská řeč je v kurzívě. Vsučky pramenných textů do editorské řeči jsou ve standardním písmu a v uvozovkách.⁵

Záhlaví edičního aparátu obsahuje pořadové číslo, údaj o datu a místě vydání, stručný regist listiny, informace o pečetích, charakter vyhotovení, resp. informace o psací látce, a uložení listiny. Následují poznámky na plíce, o edicích a literatuře. U popisu pečeti je uveden údaj o vlastníku pečeti, způsobu připevnění pečeti, barvě vosku a stavu jejího dochování (poškození).⁶

¹ Text vznikl v rámci projektu GA ČR „RBMV X. Listiny a listy východočeských archivů z doby Václava IV.“, reg. č. 17-16153S.

² Listiny jsou uloženy v SOA Zámorsk.

³ O pravosti, resp. nepravosti listin podrobněji KOPIČKOVÁ, B.: *Objevení objeveného. Falza pro slávu rodu. (Editorovo intermezzo)*. Našim jubilantkám (sborník příspěvků k počtě životního jubilea Věry Beránkové, prom. hist., PhDr. Dagmar Čulkové a PhDr. Marie Liškové). Praha 2000, s. 135–141.

⁴ KRAFL, P. – MUTLOVÁ, P. – STEHLÍKOVÁ, D.: *Řeholní kanovníci sv. Augustina v Lanškrouně: Dějiny a diplomatář kláštera*. Praha 2010.

⁵ Tamtéž, s. 106.

⁶ Tamtéž.

Jak již bylo zmíněno, všechny editované listiny byly vyhotoveny na pergamenu v latinském jazyce. Ke každé listině byla na pergamenovém proužku přivěšena pečeť. Stav jejich dochování se různí. U č. 1⁷ a 2a je poškození mírné, přičemž u druhé z nich byly provedeny restaurátorské práce. Značné defekty jsou patrné u č. 2,⁸ u něhož části pečeti zcela chybí. Větší poškození je charakteristické i pro pečeť přivěšenou k listině č. 3. Restaurována byla také pečeť u č. 1a. Veškeré pečeti se vyskytují v miskách z přírodního vosku. U č. 2 a 3 je pečetní látkou přírodní vosk, zatímco u zbylých byl daný typář otištěn do červeného vosku.

Z hlediska paleografického lze konstatovat, že brněnská listina markraběte Jošta (č. 1) je psána bastardou, stejně jako obě pražské listiny (č. 2 a 3). Zbylé dva opisy z města Tábor jsou vyhotoveny humanistickou polokurzívou, písmo je lehké se zesílením oblouků a šikmých i kosmých tahů. Za lehké písmo lze považovat též bastardu u listiny Jošta (č. 1) a Václava IV. (č. 2), kdežto Václavova další listina (č. 3) je psána těžkou bastardou. Obecně můžeme u všech listin psaných tímto typem říci, že sklon písma je svislý, zatímco u humanistické polokurzívy je text vždy mírně pravosklonný. V případech č. 1, 2a a 3 je čitelnost materiálu velmi dobrá. U zbylých dvou listin je čtení komplikováno pouze skvrnami na pergamenu a v místech ohybů psací látky.

Z hlediska diplomatického jsou zkoumané listiny tvořeny běžnými listinnými formulami, přičemž se nevyskytuje salutace, arenga a subskripce (hlavním ověřovacím prostředkem je stále pečeť). Oba vidimusy (č. 1a, 2a) mají stejnou skladbu listinných formulí a odlišují se tak od ostatních editovaných listin: invokace („In nomine Domini amen“), inskripce, datace v úvodu (inkarnační rok a průběžné datování) i v závěru („Anno et die ut supra“). Odlišnost tedy spočívá nejen ve výskytu a pořadí jednotlivých částí listin, ale též v jejich stavbě, což je logicky dáno totožným typem listin (vidimus) vzniklých ve stejné kanceláři v téže době. Určitou stylistickou podobnost listin lze pozorovat u č. 2, tedy falza, a pravé Václavovy listiny (č. 3). V obou případech je obdobná intitulace, promulgace a datace s uvedeným datum, místem, inkarnačním rokem, průběžným datováním a rokem vlády. Sankci lze pozorovat jen u listiny Václava IV. z 18. května 1418 (č. 3). Co se datace týče, nejodlišnější je brněnská listina, v níž je uvedeno datum, místo, inkarnační rok a den dle svátku, jenž se u žádné další nevyskytuje. Jistou podobnost lze pozorovat též u koroborace obou falešných listin (č. 1 a č. 2).

Jestliže jsme výše zmínili, že dvě z pěti editovaných listin jsou falza, shrneme si několik základních argumentů o jejich pravosti, resp. nepravosti, jež podrobněji rozvedla Božena Kopiczková.⁹ Jedna z podezřelých listin, konkrétně č. 2, měla být vydána v kanceláři krále Václava IV. Obsahem i suspektními znaky s ní souvisí listina Jošta (č. 1). Obě listiny pak po obsahové stránce navazují na listinu krále Jana Lucemburského z 25. března 1326.¹⁰ V tomto případě je nutno zdůraznit nepřipustnost češtiny v listině vydané jeho kanceláří (čeština pronikala do české panovnické kanceláře až za Václava IV.) a obzvláště nápadné pasáže, v nichž Tetaurové prokázali před králem Janem stáří svého rodu, jenž existoval už před pěti sty lety (!) a dávno patřil k panskému stavu.¹¹ Tytéž skutečnosti uvádí také námi editovaná listina markraběte Jošta. V list-

⁷ O pečetech Jošta Lucemburského podrobněji ŠVÁBENSKÝ, M.: *Soupis pečeti moravských markrabat a markraběnek z lucemburského rodu v brněnských archívech*. Brněnský archivní věstník č. 4, 1960, s. 9–26.

⁸ O pečetech Václava IV. podrobněji MARÁZ, K.: *Sfragistika : Studijní texty pro posluchače pomocných věd historických a archivnictví*. Brno 2014, s. 82–84.

⁹ KOPIČKOVÁ, B.: *Objevení*, s. 135–141.

¹⁰ Tamtéž, s. 135. – Plné znění in: PAPROCKÝ, B.: *Diadochos id est successio: jinak poslušnost knížat a králův českých, biskupův i arcibiskupův pražských a všech třech stavův slavného království českého, to jest panského, rytířského a městského. Kněh druhých kapitola první: O stavu panském a rozmnožení jeho a odkud který rod a erb do toho království přišel*. Praha 1602, s. 376–377.

¹¹ KOPIČKOVÁ, B.: *Objevení*, s. 136.

tině krále Václava IV. se jedná o majetkový spor dvou rodových větví a má mimo jiné doložit příbuzenský vztah mezi Vchynskými (tj. Kinskými) a Tetaury z Tetova. O falzech svědčí nejen obsahové pojitko, ale též styl shodný spolu s terminologií v listinách rozdílných vydavatelů z různých časových období, přičemž ani jedno nekoresponduje s dobovým územ kancelářů, v nichž mělo k vydání listin, resp. falz dojít.¹² Za všechny příklady uvádí Božena Kopiczková alespoň dva. V prvním případě se jedná o latinský termín *arx*, kterým je v obou falzech označován hrad. Z dosavadních poznatků je zřejmé, že na počátku 15. století je taková shoda u dvou různých a na sobě nezávislých vydavatelích pochybná. Pojem *arx* se navíc užíval jen v určitých souvislostech a pro označení hradu převládal termín *castrum*.¹³ Druhým podezřelým pojmem je označení listiny latinským substantivem *diploma*, jež se opět vyskytuje jak v listině Jošta, tak i Václava IV. V obou kancelářích bylo zvykem užívat pojmu *litterae*.¹⁴

2. Edice

1) 1401 prosinec 20. Brno

Jošt, markrabě moravský, na žádost Alberta Tetaura z Tetova a na základě listiny českého krále Jana, svědectví říšských knížat, přísahné výpovědi jeho příbuzných i jeho vlastní, potvrzuje šlechtický původ, starobylost jeho rodu a příslušnost ke stavu pánů.

Na pergamenovém proužku přivěšena znaková pečeť markraběte Jošta z červeného vosku v misce z přírodního vosku. Mírně poškozená.

A) Falsum pergamen lat., SOA Zámorsk, RA Kinských, inv. č. 1 (A).

B) Inzert ve vidimu města Tábor s dat. 1583, VIII. 30., SOA Zámorsk, RA Kinských, inv. č. 2 (B).

Lit. Kopiczková, B.: Objevení objeveného. Falza pro slávu rodu. (Editorovo intermezzo). Našim jubilatnám (sborník příspěvků k počtě životního jubilea Věry Beránkové, prom. hist., PhDr. Dagmar Culkové a PhDr. Marie Liškové), s. 135–141.

Iodocus, Dei gratia marchio Brandenburgensis^a et dominus Moravie, notum facimus, quatenus coram nobis et consiliariis nostris comparuit,^b in memo || riam revocans multa suorum predecessorum officia in hanc patriam, nihilominus a^c sua persona utiliter declarata, generosus dominus Albertus Tetaur a Tettoua pater cum suis filiis, generosis dominis Petro, || Iohanne et Duxa, nativis procreatis, et matre et uxore domini Alberti Tetauri nomine Maria, generata domina de Bozkowicz, orans, ut ei concedamus coram nobis et consiliariis nostris vetustatem sue styripis || et similiter baronatus sui originem ab antecessoribus suis probare consuetudine iuris, prout ei a nobis et consiliariis nostris prescriptum fuerit. Causam eius rei^d nobis hanc indicavit, quod filium suum nomine Duxam sua voluntate Domino Deo pro officio sacerdotali ad sanctissimum patrem papam allegato^e eo Romam in oblacionem dare pollicitus sit ac admonitus, ea de re a suo filio Duxa de voto suo implendo illud facere in animum proposuit. Similiter maioris natu sui filii, Iohannes,^f cum non posset petitioni resistere, quod ipsi sua paterna voluntate concesserit, ad peregrinas provincias proficisci, ut, gladio victum querens, honestam familiam, exempla maiorum suorum sequendo, sibi compararet, sepulchrum Salvatoris Domini et loca sanctorum ut visitet, ac ordinem sancti Iohannis militarem et societatem fratrum ut ingrediatur. Eam petitionem honestam et piam nobis communicatam nos deliberantes, cum non repe-

¹² Tamtéž.

¹³ Tamtéž, s. 140.

¹⁴ Tamtéž, s. 141.

riremus ullam causam, quare id fieri non debeat, cumque ipsa conditio nostra ad eam^g nos inclinaret, consenso solio nostro cum consiliariis petitioni illius annuimus, quod quicumque recitis^h probationibus dominus Albertus Tetaur confirmare et coram nobis atque consiliariis nostris declarare voluerit, ea videre, examinare et discernere iuste velimus. Deposuit autem coram nobis et consiliariis nostris diploma regis Bohemie Iohannis^l datum pro baronatu familie Tetaurorum a Tetoua cum nonnullis testimoniis principum Imperii, qui dant testimonium de styrpe a Tettoua, quomodo in patria illorum quadringentos annos (prout memorie in terris patrisⁱ ipsorum reperiuntur) semper pro strenuis equitibus auratis Imperialibus habiti et existimati fuerint, in usu habentes seu clypeo gestantes tres mordentes candidos, hoc est dentes lupinos in levam partem inclinos, galea coronata in eaque duas alas aquile; et quod idem dominus^k Albertus Tetaur ab illis antecessoribus ita testimonio firmatus fuerit progenitus. Ad hec cum haberet ea, que ius et iusticia demonstrat, nominavit patrem suum Wolfgangum Tetaurum et matrem Margaritam^l de Zierotin, avum suum Georgium^m Tetaurum et aviam Margaretam de Lomnicze, proavum suum Wilhelmum Tetaurum, proaviam vero Veronicam de Lyppa, attavum suum Balthazarem Tetaurum, attaviam suam Elizabetam de Strzyzil; que persone sicut masculini sexus, ita et feminini, erant mariti legitimi, honesti religiosi et predecessores Alberti Tetauri ordinarye (!) succedentes honesteque fame, nulla nota ac reprehensione honestatis deformati cum fuerint, habentes ex magnis familiis baronum ac equestrium ac nobis et nostris familiis cognitorum. Postquam vero hec omnia ostensa et demonstrata sunt, prout scribitur, pronunciamus cum consiliariis nostris: quandoquidemⁿ mentio fit annorum et familiarum multarum,^o pro munienda^p veritate ut ipse Albertus Tetaur ea allegata testibus vivis cum iuramento elevatis digitis attestantibus probaret, quod in istis allegatis fideliter ac sincere se gesserit, nulla fraude usus est, similiter quod successive quemadmodum asseruit, ex istis personis masculini et feminini sexus et ex sanguine illorum sit ortus. Cui rei ipse recepit se satisfacturum ac constituit pro^q se has personas ad attestandam veritatem sibi adiunctas: Hendricum, Fridericum, Wenceslaum,^r ^s Iohannem Tetauros,^t patruos suos, item et ceteris ^u Iohannem, Hendricum de Zierotin, Vilhelmum, Adalbertum de Lomnicze, Iohannem Aloisium de Lyppa, Casparum et Petrum de Stryzil, qui voluntarie coram nobis et consiliariis nostris elevatis sursum digitis iuramento protestati sunt, quod Albertus Tetaurus, Petrus, Iohannes, Duxa filii illius de familiis suis paterna et materna progenie successive originem trahunt, patruum genuini et avunculi ipsorum existentes. Ipse vero Albertus Tetaur pro se ipso iuramentum fecit, quod in hac probatione et purgatione se iuste gesserit. Quare nos pronunciamus^v (!), quod approbemus asseverationem styrpem familie honestam conversacionem progeneracionem in mundum Alberti Tetauri, similiter et Petri, Iohannis, Duxe et predecessorum ipsorum, qui annotati sunt, et profiteamur eas secundum allegata veros esse liberos barones. Et quod hec omnia ita coram nobis et consiliariis nostris acta fuerint, ad ipsorum necessitatem et futuram memoriam in hanc paginam illa omnia, prout gesta sunt, inscribi et sigillo nostro confirmari eisque reddi curavimus. Datum Brune anno Domini millesimo quadringentesimo primo, in vigilia sancti Thome apostoli.

^{a)} „marchio“ B. - ^{b)} „comparavit“ B. - ^{c)} „et“ B. - ^{d)} „coram“ B. - ^{e)} „ablegato“ B. - ^{f)} „Iohannis“ B. - ^{g)} „rem“ B. - ^{h)} „certis“ B. - ⁱ⁾ „patriae“ B. - ^{k)} *V B nadepsáno.* - ^{l)} „Margaretham“ B. - ^{m)} *V B původně „Balthasarem“, opraveno.* - ⁿ⁾ „hic“ B. - ^{o)} „plurium“ B. - ^{p)} „invenienda“ B. - ^{q)} „per“ B. - ^{r)} „Wenceslaum“ B. - ^{s)} „Vilhelmum“ B. - ^{t)} „a Tettova“ B. - ^{u)} „avunculos suos“ B. - ^{v)} „pronunciamus“ B.

^{l)} *Viz RBM III, s. 468, č. 1197. Listina je označena jako podezřelá.*

1a) 1583 srpen 30. Tábor

Rada města Tábor na žádost Jana Tetaura transumuje listinu Jošta z r. 1401, XII. 20.

Na pergamenovém proužku přivěšena pečeť města Tábor z červeného vosku v misce z přírodního vosku. Restaurovaná.

Orig. pergamen, lat., SOA Zámorsk, RA Kinských, inv. č. 2.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis Domini mille || simo quingentesimo octuagesimo tertio, feria sexta sive die Veneris, tricesima die mensis Augusti. Nos consul totusque senatus consultus || civitatis Hradisstie montis Thabor illustrissimi generosis proceribus nobilibus strenuis dominis atque singulis has litteras inspecturis no || tum facimus, quod generosus atque strenuus dominus Ioannes Thettaur a Thettova etc. exhibuit atque ostendit nobis in consilio nostro in pargameno scriptas certa quedam vera programmata litteras regali sigillo munitas, quas nos vicinitis legimus sanas et integras, non viciatas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas ac prorsus omnino omni vitio et suspicione carentes, petens easdem litteras per nos propter certas causas transsumi, transcribi, copiarum et exemplari et in publicam formam redigi. Tenor vero harum litterarum per omnia de verbo ad verbum est talis:

[Následuje znění listiny markraběte Jošta z r. 1401, XII. 20. Viz č. 1.]

Quare ut veritati et his, quae in hoc opere continentur, fides indubitata adhibeatur, nos supra scripti consul totusque senatus consultus civitatis Montis Thabor has litteras sigillo maiori nostro muniri dedimus. Anno et die ut supra.

2) 1415 červen 6. Praha

Václav IV., český král, rozhoduje spor mezi bratry Janem a Václavem z Vchynic z jedné, a bratry Fridrichem, Volfem a Vilhelmem Tetaurem z Tetova ze strany druhé, ohledně tvrže Chlum a v ní uložených listin. Podle králova rozhodnutí mají Tetaurové poskytnout bratřím z Vchynic seznam příslušných listin, jelikož mají s Tetaury společné předky. Protože tvrž Chlum získali Tetaurové od svých rodičů právoplatnou koupí, nikdo jiný k ní již nemá žádná práva.

Na pergamenovém proužku přivěšena pečeť krále Václava IV. z přírodního vosku v misce z přírodního vosku. Poškozená, části deperditní.

A) Falsum pergamen lat., SOA Zámorsk, RA Kinských, inv. č. 3 (A).

B) Opis ve vidimu rady města Tábor z r. 1583, VIII. 30., SOA Zámorsk, RA Kinských, inv. č. 4 (B).

Na plice: „Ad relationem Henrici de Lazan, capitanei Wratislawiensis, Iohannes de Bamberg“.

Lit. Kopiczková, B.: Objevení objeveného. Falza pro slávu rodu. (Editorovo intermezzo). Našim jubilatnkám (sborník příspěvků k počtě životního jubilea Věry Beránkové, prom. hist., PhDr. Dagmar Culkové a PhDr. Marie Liškové), s. 135–141.

Venceslaus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus et Bohemie rex. Notum facimus tenore presentium literarum, prout controver || sia est exorta inter generosos Iohannem, Venceslaum, fratres de Wchinicz ex parte una, et Fridericum, Volfium, Vilhelmum Tettauros de Tettova ex parte altera, eaque || eiusmodi, quod fratres Venceslaus et Iohannes de Wchinicz retulerunt ad nos suum gravamen erga fratres Fridericum, Volfium, Vilhelmum Tettauros de Tettova || impetraruntque actionem ac audientiam cum eis coram praesentia nostra personali, exaggerantes se a fratribus Tetauris oppressionem et violentiam iniuriam pati, quia fratres Tetauri totam arcem Chlum cum omnibus arcis eiusdem pertinentiis post avum ipsorum fratrum Iohannis et Vences-

lai de Wchinicz, videlicet post bonae memoriae Iohannem Tetaurum,^a quod ad ipsorum partem sese intromiserint, atque eandem arcem cum pertinentiis eius, similiter et diplomata ac amplissima privilegia caesarum et regum ipsis Tetauris pro stirpe illorum donata, precipue vero diploma regis Iohannis in ordinem baronatus, apud se detinere habendo, ac utrumque occultare neque ad necessitatem Iohannis et Venceslai fratrum de Wchinicz descripta illorum diplomatatum reddere velle. Ad hæc neque partem hereditatis eiusdem arcis Chlum conscendere, neque in eam arcem ipsos fratres mittere, cum tamen ipsi Iohannes et Venceslaus ab altero fratre [!], videlicet ab Heniko – illi vero a Iohanne sint progenerati et naturales atque non divisi fratres fuerunt ac filii generosi Vilhelmi Tetauri ambo et ex matre Barbara a Cineburgo, orta Tetaurii de Tettova – ad arcem dictam cum pertinentiis eius et ad omnia diplomata ius ac iustitiam non minus atque illi fratres Fridericus, Volfius, Vilhelmus Tetauri se habere, eandemque sibi nostro iudicio relinquere postulant, deposita coram nobis conventionem pro dote quondam aviae suæ Barbaræ de Cineburgo atque testamento Iohannis Tetauri, probare intendentes, quod et ipsi veri Tetauri sunt. E regione a Friderico, Volfio et Vilhelmo Tetauris indicatum est, quo pacto olim Henik, pater fratrum Iohannis et Venceslai, se Iohanni Tetauro, patri eorum, scripto obligaverit et sacerdotem Petrum de Hage captivare non permiserit, deinde quod indulgentias a sanctissimo patre papa^b non violaverit, iuramento confirmare se eam culpam purgaturum velle et Petrum de Skoka captivum in arcem^c Chlum transmittere, a quo cognosci possit quisnam hæc omnia patravit; attamen usque ad hoc momentum sicut pater, ita et filii satis facere eis neglexerunt. Insuper, quemadmodum nec pater illorum, ita neque ipsi utantur proprio titulo ac diplomata quanquam originem ducant a duobus fratribus Tetauris, quorum sunt filii; tamen cum titulum mutaverint, ad eos non spectant. Quod vero attinet ad arcem Chlum, eandem esse inter fratres et parentes illorum emptam et persolutam, deposita conventionem et emptionem scripta, petierunt, ut ea fruantur. His auditis nos, cum libenter vellemus, ut inter eos charitas et concordia maneat, revocatis in memoriam nobis pluribus atque eximiis officiis, quæ utiliter maioribus nostris a familia et antecessoribus Tetauris a Tettova declarata sunt, nullum intermittentes nostrum laborem, hoc modo de illa controversia accurate a nobis examinata, enunciamus: Quoniam hoc constat et ex divisione atque conventionem inquisitum, atque a partibus non est abnegatum, quod fratres Iohannes et Venceslaus, nec non fratres Fridericus, Volfius, Vilhelmus ab olim generoso Vilhelmo Tetauro, patre illorum, sunt orti atque a Barbara de Cineburgo, naturales consanguineique patruales sunt; ideo quocumque tempore diplomate regis Iohannis fuerit illis opus aut quocumque alio diplomate, quod Fridericus, Volfius, Vilhelmus Tetauri haberent, tunc obligantur pro necessitate ipsorum descripta, deponentes levatis sursum digitis, qui numerus illorum diplomatatum sit, confirmare et quod plura non habeant neque de illis sit eis compertum, nullum in ea re committentes fraudem. Quod vero attinet ad indulgentias, quandoquidem pater Iohannis et Venceslai est mortuus, similiter de captivatione Petri Skok, loco parentis sui ipsi Iohannes et Venceslaus fratribus de Tettova non obligantur, solummodo postquam a maiore numero patruorum Tetaurorum fuerint admoniti, mox suum titulum veterum suorum maiorum suscipere ipsi Iohannes et Venceslaus et hunc presentem omittere debent. Quod autem ad arcem Chlum attinet, quoniam de emptione et de venditione atque persolutione constat idque a fratribus Friderico, Volfio, Vilhelmo comprobatum est, ad eam arcem ipsis nihil iuris ullo unquam tempore relinquunt. Ad futuram eius rei memoriam, quod hæc sententia nostra inter partes lata et hoc modo complanata sit, ad ipsorum futurum commodum sigillo nostro regio eam firmantes, huic pagine illud appendi curavimus. Datum Prage anno Domini millesimo quadringentesimo quintodecimo, die sexta Iunii, regnorum nostrorum anno Bohemiae anno^d quinquagesimo secundo, Romanorum vero tricesimo nono et cetera.

^{a)} „Tetthaurum“ *B*, *tak i dále*. – ^{b)} „papa“ *A*. – ^{c)} „in arce“ *B*. – ^{d)} *Chybí v B*.

2a) 1583 srpen 30. Tábor

Rada města Tábor na žádost Jana Tetaura z Tetova vidimuje listinu krále Václava IV. z r. 1415, VI. 6.

Na pergamenovém proužku přivěšena pečeť města Tábor z červeného vosku v misce z přírodního vosku. Mírně poškozená, restaurovaná.

Orig. pergamen lat., SOA Zámorsk, RA Kinských, inv. č. 4.

Na plice: „Ad relationem Henrici de Lazan, capitanei Wratislaviensis, Iohannes de Bamberg.“

In nomine Domini amen. Anno nativitatis Domini millesimo quingen||tesimo octuagesimo tertio, feria sexta sive die Veneris, tricesima die mensis Augusti. Nos consul totusque senatus consultus civitatis Hradisstie Montis Thabor illustrissimis, || generosis, proceribus, nobilibus, strenuis dominis atque singulis has litteras inspecturis notum facimus, quod generosus atque strenuus d. Iohannes Thetaur a Thetova etc. exhibuit || atque ostendit nobis in consilio nostro in pargameno scriptas certa quedam sacra programmata litteras regali sigillo munitas, quas nos vidimus, legimus sanas et integras, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed prorsus omnino omni vitio et suspicione carentes, petentes easdem litteras per nos propter certas causas transsumi, transscribi, copiarum et exemplari et in publicam formam redigi. Tenore (!) vero harum litterarum per omnia de verbo ad verbum est talis:

[*Následuje znění listiny krále Václava IV. z r. 1415, VI. 6. Viz č. 2.*]

Quare ut veritate et his, quae in hoc opere continentur, fides indubitata adhibeatur, nos supra scripti consul totusque senatus consultus civitatis Montis Thabor has litteras sigillo nostro maiori muniri dedimus. Anno et die ut supra.

3) 1418 květen 18. Praha

Václav IV., římský a český král, za věrnou službu uděluje Smilovi, synovi Martinky z Vchynic, statek Lovosice, patřící klášteru v Alzella (Sasko), a v něm právo honu v rozsahu, jaký měl jeho otec a bratři.

Na pergamenovém proužku přivěšena pečeť krále Václava z přírodního vosku. Poškozená.

Orig. pergamen lat., SOA Zámorsk, RA Kinských, inv. č. 5.

Wenceslaus, Dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex, notum || facimus tenore presencium universis, quod attendentes fidelia obsequia fidelis nostri dilecti Smylonis de || Wchynicz, quondam Martynkonis de Wchynicz nati, quibus Serenitati nostre hactenus compla || cuit, cottidie complacet et complacere poterit in futurum, sibi non per errorem aut improvide, sed animo deliberato et ex certa nostra sciencia tuicionem bonorum videlicet Lowsicz¹ monasterii Cellensis ordinis sancti Bernardi Misnensis dyocesis commisimus, indulsum et dedimus, indulgemus ac damus tenore presencium liberam potestatem, ut ipse in bonis Lowsicz monasterii predicti pascere et venari sive aucupari possit et valeat, sine impedimento et contradiccione cuiuscumque, eo modo, sicut hoc quondam a serenissimo principe domino Karolo, Romanorum imperatore semper augusto et Boemie rege, domino et genitore nostro carissimo, et a nobis quondam prefatus Martinko, predicti Smylonis genitor, Myxo, Habardus, Smylo et Bohuslaus, eius fratres, hucusque iuxta continenciam litterarum suarum, ut asserunt, habuisse dinoscuntur. Insuper volumus, ut nulla persona ecclesiastica vel mundana cuiuscumque status, gradus aut condicionis existat, audeat, debeat vel valeat in dictis bonis Lowsicz pas-

cere, venari seu quodlibet aucupari preterque provisor et homines dictorum bonorum in Low-sicz necnon Smylo supradictus, sub pena indignacionis nostre gravissime; quam qui contraferint, se noverint ipso facto incurrisse, presencium sub regie nostre Maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Prage anno Domini millesimo quadringentesimo decimo octavo die decima octava Maii, regnorum nostrorum anno Boemie quinquagesimo quinto, Romanorum vero quadragesimo secundo.

¹⁾ *Lovosice, město v Ústeckém kraji.*

Mgr. Petr Sedláček
Historický ústav AV ČR
pobočka Brno
Veverí 97
602 00 Brno
e-mail: 361397@mail.muni.cz